

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De iis quæ passim inueniuntur coniuncta cum contractibus,
præsertim ciuilibus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

C A P V T VI.

De iis que passim inueniuntur coniuncta cum contractibus per se in ciuitatibus.

S V M M A R I V M.

- 68 Quid se promissio, pollicitatio, stipulatio, & pactum, ac in quo differant.
- 69 Differentia inter pactum, & promissionis obligationem.
- 70 Que sit vis promissionis, & illius diffusio in iudicium & re-sistam.
- 71 Pacti divisiones variae.
- 72 De aqua dividitur in iudicium & re-sistam.
- 73 De ea quae in utile & inutile; & ea, qua in honestum & turpe.
- 74 Promissio tantum in interna facta homini, non est obligatoria, sicut est facta Deo.
- 75 Simplex promissio etiam ex parte signo expressa, non obligat acceptata sit ab eo cui sit.
- 76 Observations pro praxi de promissione acceptata.
- 77 Quis sit qui promissionem acceptare possit pro alio ad obligationem sufficienter.
- 78 Promissio onerosa vel id acceptata tantum ab eo cui sit.
- 79 Quae existantur, ut possit que pro alio valide acceptare.
- 80 Differentia inter mandatum donandum, & promissionem donandi.
- 81 Promissio facta ob Dei honorem, obligat non acceptata ab eo cui sit.
- 82 Quod promissio signo externo expressa, & sufficienter acceptata obligat sub peccato, genere uero mortali.
- 83 Ad validitatem promissionis requiritur, ut cum plena delibera-tionis facta sit.
- 84 Quanta quantitas debet esse quod promissum est, ut violatio promissionis censetur peccatum mortale.
- 85 De excusatione ad impletionem promissionis, ob mutationem circumstantiarum.
- 86 Circa eandem excusationem obseruanda.
- 87 Obseruatio notanda circa excusationem ob mutationem rerum statum.
- 88 De excusatione per ignorantiam, aliam uice iustam causam.
- 89 Promissio facta ab illo animo promiscue, quando obligat.
- 90 Explicatio difficultatis de promissione facta animo quidem promittendi, non tamen e obligandi.
- 91 Promissio habentis expressam voluntatem non obligandi se, non obligat.
- 92 Ad quid tenetur is qui aliquid promisit pro alio, ipso inchoe.
- 93 Ad quid tenetur ille qui est incertus an promiserit, aut qui licet sit se promisisse, incertus est an id fecerit animo se obligandi.
- 94 Et ad quid, si certus sit, an promiserit cum plena delibera-tione.
- 95 De obligatione cum facta fuerit duabus, nec virique simul sa-tisficer potest, sive cui sit prese renda.
- 96 Promissio simplex non inducit obligationem ad restitu-tionem.
- 97 Quid sentiendum sit de ea que facta est cum adiectione aliquae onoris.
- 98 Quid sit sentiendum de promissione facta cum adiectione oneis turpis.
- 99 Diffusa de promissione quomodo quadriens in pactum & donationem.

68. D'Assim cum contractu ciuili promissio, pollicitatio, pa-tum, & stipulatio inueniuntur coniungi, que sic in-terdistinguntur, ut promissio proprie sit; cum quis praecedente rogatione, seu petitione, vel interpellatione alterius, spondet ea liquidum daturum vel facturum: vel si regem-te, ut mihi mutuo des centum, & spondet daturum. Pol-licitatio vero sit, cum quis sponte sua, non rogatus vel in-terpellatus ab alio, promittit aliquid alteri, hocque est quod significatur in lege, Pactum, ff. De pollicitationibus; cum pollicitatio dicitur esse offerentis solius promissum; nulla sufficit praecedente petitione, vel interpellatione alterius. Vnde pater, neque promissionem, neque pollicitationem

esse inter duos, quorum unus sit debitor, & alter sit credi-tor, sed tantum esse sponsionem unius, qua se obligat alteri, cum ipsius confensu.

Pactum autem sit id, quod duo vel plures ex diuersis mo-tiuis, post varias disceptationes de vno aliquo conueniunt, & concludunt ut fiat, vel ut non fiat, ita ut verba premit-tantur a promitente, & confessum sequantur verba in ad-mittente, ut v.g. dabo tibi centum, ut mihi vendas equum: & tu statim respondeas, mihi placet: hocque sensu accipien-dum est quod in lege i. ff. de pactis, habetur, pactum a pa-tione dici, & actionem esse duorum vel trium confen-sum in idem placitum: si enim id simpliciter, ut verbis oportet, accipiat, pactum censendum erit, cum duo Philosophi, Medicus vel Iurisperiti, in aliqua sua artis vel scientiae qua-stitione unum idemque sentiunt, quod alienum est a com-munioquendam. Stipulatio denique sit, ut habetur ex lege Stipulationum 2. §. Stipulatio, ff. De verbis obligationibus; verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, responderet se daturum, aut facturum illud, quod interrogatus est, v.g. in-terrogo: Promitis te mihi daturum centum: tu statim re-spondes, promitto: stipulatio est.

Atque ex his intelligitur, quod obligationem, parem ef-ficere promissionis, & pollicitationis rationem: cum in hoc tan-tem differant, quod illam faciamus rogati: & hanc nostra sponse, nullo rogante. Itemque parem esse pacti & stipula-tionis, quandoquidem in hoc tantum distinguuntur, quod pa-tum fiat quando praecedunt verba promittentis, & sub-sequentur verba admittentis: stipulatio vero quando con-tra, verba admittentis praecedunt, & subsequuntur verba promittentis, eo modo quo ante proposta exempla ostendunt. Vnde quia consideratio haec eo tota refertur, ut intel-ligatur obligatio in conscientia, quam talia parunt: suffi-ciet de promissione & pacto, horum obligacionem inquirendo, differere. De quibus habentur tituli: in iure quidem ciuili: ff. De pactis, & ff. De pollicitationibus, & Cod. De pactis. In iure vero Canonico, tam Extra, quam in Sexto, titulus De pactis. De iisdem variis Doctores agunt, & inter eos la-tissime Couar. ad Cap. Quamvis pactum: & qui nobis in ea-re ceterorum loco esse potest, Ludovicus Molina de iust. & iure tract. 2. d. fuit 252. & aliquot sequentibus.

PORRO inter promissionem & pactum quoad obliga-tionem, hoc discrimen notatur; quod ex promissione iam acceptata ab alio, obligatio nascatur tantum ex parte pro-mittentis: quoniam ex eo gratis, nec ei cui sit quidquam im-ponitur. Ex pacto verba nascatur obligatio ex parte verius que pacientis: quia fit, tam promittente, quam admitten-te, sed ad aliquid dandum, vel faciendum, vel praestandum ad-strigente. Id quod commune quidem est pacto cum con-tractu proprio sumpto, sed ab eo differe tanquam latius pa-tens: quia pacta interueniunt tam in iis qua contrahenda, quam que tollenda obligacionis causa inter partes aguntur. Si enim datur pactum de non petendo debito: itemque de non petendo damno per iniuriam illato. Præterea in trans-actionibus, pacta sunt finienda litis dubia causa; atque pacta pacis, & iudiciorum ad bellum cessationem. Aduerte au-tem, ut contractui, sic & promissioni conditionem, modum, demonstrationem, & causam solere apponi. Adderem & tempus futurum: sed de hoc si id incertum, iudicandum est tanquam de conditione: nempe, su pendere obli-gationem. Si sit certum, tanquam de promissione absoluta, ex qua statim consurgat obligatio; tametsi non statim solvatur sicut promissum: id tempore in promissione praefixo: ita ut si ante diem praefixum solvatur, non detur soluenti repeti-tio, sicut datur, si in diem incertum, aut alter sub condi-tione in futurum pendente, promissum esset, nec conditio esset impleta. Videndum est Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 284. & aliquot sequentibus.

Documenta de obligatione promissioni & pacti.

Cum, ut iam attigimus, nobis incumbat potissimum explicatio obligationis, quae ex promissione vel pacto nascitur: immorabitur in tradendis de ea aliquot docu-mentis. Quibus premissum est de promissione: vim

illius ex D. Thomas 2. 2. quest. 88. art. 1. est in eo, ut quemadmo homo imperando, statuit quid velit sibi ab inferiore fieri: & deprecando, quid à superiore obtinere cupiat; sic promittendo statuat quid facturus sit in alterius gratiam: se libertate sua primando circa illud, iusque alteri concedendo ad illud à se exigendum. Præterea ipsam posse esse, vel simplicem, id est, sine iuramento: vel iuratum id est, iuramento confirmatum. Illamque rursus esse posse, vel rei alias debitæ, vt cum quis mutuo acceptam pecuniam se soluturum promittat; vel rei non debita. De quadem promissione, quia duæ amplerius quædam obligatio fatus pateretur iuramento, aut ex debto precedentie, sermo est hoc loco. Quæ quidem fieri potest dupliqueiter, ex Caiet ad memoratum art. 1. vno modo in actu signato simul, & exercito: vt quando quis profert verba quæ significant promissionem ipsam qualia sunt, *promitto, spondeo, & equipollentia*. Altero modo in actu tantum exercit ovi quædam quo profert verba, quæ significant opus exhibendum vt, hec faciam, soluam, liberabo te ex carcere, & similia.

71. Quæquidem, vt idem author addit, possum tria significare. Primo voluntatem seu propositum intentionem faciendo: vt idem sit, faciam; ac voluntatem habeo faciendi, seu propono vel intendo facere. Secundo, euentum; vt sensus sit, continget hoc à me fieri. Tertio, obligationem sequentem ex promissione implicita, quæ continetur in talibus verbis futuri temporis. Qui demum sensus, solus est ad hunc locum accommodatus: quia in aliis huiusmodi verba non contineat promissionem, sed tantum dictum seu enunciationem, quia quis indicat illud quod habet in voluntate, vel euentum futurum. Quando autem illo tertio sensu accipiatur, non potest aliunde intelligi quam ex mente illius, à quo profunditur: ideoque de ea consilendus, si possit, aut ex circumstantiis prudenter coniiciendum.

D R P A C T O A V T E M p r æ m i t t e n d u m e s t , p o s s e f i e r i t a m i n t e r a b s e n t e s , q u a m i n t e r p r æ s e n t e s ; i p s u m q u e m u l t i p l i c i t e r d i u d i . P r i m o e n i m diuiditur in conuentum seu expreſſum, & in tacitum: quorum illud est, cum partes inter se ex preſſe pacifuntur: hoc vero, quod ratione alicuius legis interuenit, quantumcumque partes non pacifuntur inter se: vt cum tutor eligitur, pupilli quorum curam accipit, habent ex iuri constitutione tacitam hypothecam in illius bonis: sic etiam vxorimboni mariti, propter res dotalis.

S E C U N D O diuiditur, quod aliud sit in rem; & aliud in personam. In rem autem esse dicitur (vt habetur ex lege Iuris gentium, §. 8. ff. De pactis) quoties generaliter pacifor, ne petam rem. In perfonam vero, quoties pacifor, ne a persona petam.

Tertio, diuiditur in personalē & realē; illud est, quod ad aliam personam, nempe ad hæredem non transit: hoc vero, quod transit ad hæredem; vt cum pacifor tecum, ne petas à me, & possis petere à meo hærede: vel pacifor, ne petam à te, & hæres meus possit à te petere.

72. Quarto, diuiditur in nudum, & vestitum: illud est, quod simplici tantum placito firmatur: vt dabo tibi Stichum, & tu mihi dabis Pamphilum: hoc vero est, ex Syllo in verbo Pactum, quest. 2. quod firmatur re, vel verbis, vel scriptura, vel cofenitu firmore, quam si simplex placitum, vel cohærentia contractus, vel rei interuenit. Ac quatuor primis modis firmatum, nomen & rationem habet diuersorum contractuum, vt hinc patet: quia ex tit. Quibus non odis re contrahatur obligatio, in instituti, re pacifci contingit in mutuo, commodato, deposito, & pignore: propterea quod requiritur, vt ultra consenfum contrahentium, interueniat in eis res data alteri partis; neque alioqui contrahetur.

Verbis vero pacifci ex iure. De verborum obligationibus, Instituti, contingit in his in quibus ultra consenfum requisitum in omni contractu, necesse est interuenire certa contrahentium solemnia verba; quæ, vt in eodem titulo, §. 1. habetur: talia olim tradita sunt: *spondeo, spondes, promitti, promitto, sive promittis, sive promitto: fideiubes fideiubeo, dabis, dabo, facies faciam*.

Scriptura autem pacifci contingit in contractu chirographario: quo quis potest in iudicio agere contra aliquem ex folio ipsius chirographo. Itemque in alio contractu, in quo ultra consenfum, necessario, siue ex legis dispositione, siue ex conventione partium requiritur, vt scriptura interueni-

at. Sunt enim aliquando rerum emptiones, quæ non intelliguntur perfectæ, nisi interueniat scriptura confecta ex legi dispensatione.

Consensu demum pacifci contingit in emptionibus, locationibus, societatibus, mandatis, ex lege Consensu, ff. De actionibus & obligationibus. Vbi aduerte, quod quanvis in omni contractu requiratur consensus contrahentium: hos tamen specialiter dici consensu fieri; quod cum in tribus precedentibus, ultra simplex placitum requiratur ut res, vel verba, vel scriptura interueniat, in his solis consensus sufficiat ad firmitatem perfectionemque contractus. Etenim emptio & g-perfici potest sine traditione preci, sola fide habita, & sine scriptura de eo soluendo. Item fieri potest sine traditione mercium, sola fide data de iis tradendis. Item fieri potest sine viliis verbis, per nutus, aut alia signa indicativa consensum internum: immo & in ter absentes, per nuntios aut literas.

Pactum vestitum cohærentia contractus, à Sylvestro loco citato illustratur hoc exemplo: Vendidi tibi domum cum pacto, quod morer adhuc in ea per annum: quod pactum vestitum cohærentia contractus venditionis quo locomo nudum maneat. Pactum vero interuenit rei vestitum, alio exemplo idem author sic declarat. Promisi tibi dare aliquid, vt faceres mihi vel dares aliud: statim atque tradidero tibi illud quod promisi, pactum ex parte mea est vestitum interuenit rei.

Quinto, diuiditur pactum in vile & inutile: illud est in quo persona obligatur, quæ potest iure se obligare; aut obligatur res quæ non est prohibita obligari: hoc vero est, cui aliquid ex dictis; seu, *quod idem est*, rei aut personæ circumstantia debita decit: vt quia res non est propria, sed aliena; aut persona inhabilis est ad contrahendum. Quæ de re postea in cap. 8.

Potremo, diuiditur pactum, in honestum & turpe: illud est quod fit consentaneum legi hoc vero, quod fit contralegem, siue diuinam, vt contractus simoniacus, vel visarius, ita humanam, vt ludus non quidem is qui vel exercet corpus, vt ludus armorum, luctæ, cursus; vel exercit ingenium, vt ludus schæcorum: sed ludus in quo plus est fortuna quam ingenij, vel exercit corporis; vt ludus alearum & foliorum lusorum: qui etiæ natura sua malus non est, sed indifferens (ita factus recreationis honestæ gratia, & feruntur debitis circumstantiis, peccatum non sit) lege tamen humana, ob perituria, fraudes, jurgia, & huiusmodi alia, quæ ex eo frequenter sequuntur, prohibetur tam clericis, quam laicis: lege canonica, quidem in Cap. Epif. dist. 35. Imito in Cap. Clericiz. De vita & honestate Clerico, prohibentur Clerici, non tantum ludere, sed etiam interesse tali ludo, Lege ciuili vero, ff. De aleatoribus, in lege 2. & 3. & Cod. codit. in lege Alearum vius. De ludo egimus antea in lib. 10. cap. 25. parte posteriore.

De promissione tantum interna.

SECTIO I.

A T Q U E h i s i t a p r æ m i s s i ; p r i m u m d o c u m e n t u m e s t . Si quidem homini promissio fiat: hoc vt obligatio inde sequatur, non sufficere eam esse tantum internam, solumque animo concepta: sed debere verbo aut alio nutu, aut alio extero signo declarari: sicut autem fiat Deo, sufficere ad obligacionem, solo animo illam fieri. Illud est D. Thomas 22. quest. 88. art. 1. & aliorū quos referat & sequitur Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 3. nu. 5. Quod priorem autem partem probatur: quia homines non obstringunt se aliqua obligatione, nisi humano modo; qui est per consenfum alteri declaratum verbo vel nutu, vel alio signo externo, vel interuenienti alicuius rei. Non enim homines (qui tantum vident ea quæ parent, ex i. Reg. in 16.) agunt inter se scilicet consenfibus internis, qui natura sua latent, sed consenfibus exterius declaratis. Et ita matrimonium, aut sponsalia non contrahuntur scilicet consenfibus internis: neque valida est donatio solo interno consenfus facta: & sic de ceteris. Quod si quis obiciat signum exterium consenfus interioris, declarare tantum obligationem; prouinde que eam potius supponere factam, quam facere. Occurrentum est etiam si id ita

fit, ad

sit, ad obligationem tamen promissi quod sit homini, signū externum perinde requiri, atque ad obligationem legis humanae requiritur promulgatio, per quam interior voluntas Principis pateat subditis, quandoquidem acceptatio, que requirit notitiam rei acceptanda, conditio est sine qua promissio non obligaret; sicut approximatio ligni ad ignem conditio est sine qua non fieret illius combustio.

Posterior vero documēti pars, ex eo patet, quod Deus sit vbiq[ue] præsens, videatque semper, ac cognoscat interiores cōfessus nostros, accepterit id quod per illos ei debite offerimus. Sicque fit ut votum obliget, etiamsi factum sit solo interior actu animi, sine villa externa illius declaratione, prout habitum est in præced. lib. 17. n. 205.

De promissione signo externo manifestata, sed ab eo cuius ita est, nondum accepta.

S E C T I O . II.

SECONDUM documentū est. Promissione etiā simplicem, signo externo expressam, non obligare antequā acceptata sit ab eo cui sit, vel ab alio qui habeat ad id potestatem; ita ut possit ante acceptationem tutu conscientia reuocari. In hoc Doctores communiter conuenire Ludouicus Molina, de iure latine differens, annotat de iust. & iure tract. 2. disput. 26; esti discepunt, quod aliqui velint in iuri tantum ciuilis dispositione, ipsum fundari: alij vero constare de iure etiam naturae; de quo contendere, nihil est necessarium pro praxi nobis propofita: cum sufficiat permisssam iure ciuilis reuocationem promissionis, locum habere in Ecclesiastico, conscientia que foro: in quo iura ciuilia, auctoritatem obtinent, quando nihil definitiū iuri Canonico contrarium, prout constat ex Cap. 1. De noui operis nunciatione. In ea autem re iura ciuilia consentiunt cum iure Canonico. Etenim quod de liberali pollicitatione habetur ex lege 1. ff. De pollicitationibus; & de liberali donatione, ex lege Absenti, ff. De donationibus; & ex lege Qui absenti, ff. De acquirenda vel amittenda possessione: de fe & antequā acceptata sit, non habere vim obligandū consentaneum est Cap. Si ubi absenti, De præbendis in sexto: vbi statuitur per collationem beneficij non acceptatam, ius in ipso beneficio minime acquiri. Iam vero si donatio non habeat vim obligandi donec acceptata sit a donatario, multo minus habebit promissio dandi. Ad item confirmandum facit ratio, quam tangit D. Thomas 2. 2. q[uo]d 88. art. 2. quod promissio fiat homini, in ipsius gratiam & bonum: id eoque non ante obliget quam ipse declareret eam sibi gratam bonamque esse: adeoque consenserit illius, cum consenserit promitterit contentiar in idem placitum, iuxta ea quæ habentur lege 1. ff. De pacis. Deinde cum tam donatio, quam promissio sicut ex liberalitate: certe si acceptata non sint, nullam obligacionem parunt, reuocarique possunt, tanquam adhuc posse in fieri, atque pendentes ex libera voluntate promitteritis vel donantis. Quanvoluntatem mutando non facit alteri iniuriam, nec damnum infert: quandoquidem nihil habuit quantum, quod inde ei pereat, & ita videtur paucum vnu receptum, vt liceat suam obligationem reuocare antequam sit acceptata: nec exigi vt expectetur, donec acceptetur vel reuocatur. Nam ex citata lege Qui absenti, is qui promittit vel donat, non habet mentem, vt velit possessionem sue rei statim a se dimittere, sed expectare donec alter certior fatus, acceptet.

Observationes pro præxi de eadem.

S E C T I O . III.

Hic aduertere primo, quod cum promissio dandi vel facienda non acceptata, obligationem, non habeat multo minus habere illum, cui facta est monendi eam factam esse. Secundo, quod promissio duret, quandiu non reuocatur: si is cui facta est, illum nondum reuocatum acceptet post interuum temporis, pertinē vim obligandi accipere, accepisse ab initio acceptata.

Tertio, pro non acceptante habendum est eum, qui dixit: neque accepto, neque non accepto: quoniam vere non

acceptat. Habendum vero est pro acceptante, si præsens, & audiens promissionem taceat; prout multi docent quos Sanchez refutat lib. 1. de matrimonio, disput. 6. n. 11. Extratio est quia tacens, quoties de ipsis commodo agitur, censetur consentire in sui fauorem: tunc enim, si r[ati]onab[ile] est, lo- cum habet regula iuriis in 6. Qui taceat consensu videtur: prout idem in præced. disput. 5. n. 5. multis aliis citatis nota.

Quarto, acceptationem promissionis (cuius interuentu h[ab]et habet vim obligandi) post sc̄ripti non tantum per eum cui promittitur; sed etiam per alium, cui id negotiū commis- serit; aut cui de iure id conueniat; vt conuenient ci qui sic est sub illius potestate, vt non sit futuris iuxta illud, & contraria sensu, in §. Si quis alij. Institutus, De inutilibus stipulationibus. Si quis alij, quæ ci cuius iuri subiectus est, stipule- tur, nihil agit. Sic ergo acceptare potest filius pro patre: ser- vus legalis pro domino; religiosus pro Praelato suo. Extratio est, quia tales censentur vna persona cu eo cui subiectiuntur. Conuenit item ei, qui alterius curam gerit: quia si potest ei facere potestare stipulandi, eam quoq[ue] ipse usurpare po- test: & ita tutor acceptare potest pro pupillo, curator pro f[ili]o, princeps pro subdito, & notarius confidens instru- mentū promissionis. De qua re pluribus Couar. lib. 1. varia- rum ref. cap. 14. n. 11. & sequentibus. Conuenit præterea illi, qui ex promissione vel donatione facta ab sententi, reportat cōmo- dum, vel aliquo onere liberatur. Pro quo est textus in cito- titulo, De inutilibus stipulationibus, §. Sed & si quis. Et sic creditor accepere potest pro debitor: socius pro socio, vxor pro marito. Conuenit demum cuique etiam priuato, acceptare fauore cause p[ro]p[ri]e: ex communiore sententia, vt aliquos in eam cito habet Sanchez in n. 10. sequentis disputationis 7. in qua de præcedentibus quoque agit.

CATERVM istud quod dicitur de acceptatione promissionis pro absente, non est extendendum ad promissionem oneris, & v[er]o citroq[ue] obligatorium: vt cum promitto me venditum domum patri tuo, si pro ea mille dare velit. Ratio est, quia in tali promissione, vt firma sit & irreuocabilis, necessarius est consensus absentis, quo se vicissim obliget. Nam cum sit contractus respectuus, includit tacitam conditionem, si alter in retributione, & grauamine apposito consentiat. At nō obstante acceptatione facta suo nomine, non potest consentire, recusando subire tale grauamen. Ergo & is qui sic promisit, potest resilire: alioqui reciprocus contractus claudicaret, vnum affringens, & alterum solutum relinquens; quod non est rationi consonane. Hanc limitationem norat post Molinā de iust. & iure tract. 2. disput. 26. Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 7. n. 12. & post vtrumque Lessius de iust. & iure lib. 2. cap. 18. dub. 1. 7. n. 51.

Quinto, aduerte quod item Lessius in præcedenti n. 49. habet ex Couar. vt is qui præsens est, possit pro absentie in illius commodum promissionem valide acceptare, exigere vt verba promissionis ad ipsum dirigantur: si enim dirigantur tantummodo ad absentem, vt si dicatur: Petro absenti promitto centum, is qui præsens est, non potest promissionem acceptare: equa non sit ei, nec ad eum dirigitur intentio promitteritis. Addit idem bene in n. 50. Eum qui nomine alterius valide acceptata promissionem, non posse eam condonare: quia ex legum dispositione, iam est tertio qua si- tum ius, quo non potest illum priuare. Quanquam obligatio quæ promisor adstringitur pendet, donec ab eodem tertio fuerit acceptata, qui illam, v[er]o factam sub ipsius benelaciō, repudiare potest: adeoque irritam reddere. Donec ergo de tali benelacio constiterit promissori; ipse non tenetur exequi promissum. Vnde quia nec tenetur de eo monere promissarium, fieri potest, si nec monetur ab eo qui acceptauit, ad id minime obligatus, vt sine peccato nulla sequatur executio.

Sexto aduerte quod Sanchez tractat in eod. lib. 1. disput. sexta, n. 7. & 8. mandatū donandi expirare quidem mandatis morte, ex lege Mandatum, Cod. Mandati (& ratio est, quia cum vita de finit authoritas, quæ debet executioni mandati vien dare) non tamē promissionem donandi, quæ ex parte promitteritis, siuit valida & perfecta. Et licet reuocabilis quoq[ue] fuerit, iuxta antedicta, nō fuit tamen, vt supponimus

de facto reuocata: adeo ut maneat capax acceptioonis, & obligauionis eam sequentis. Nec obstat præiudicium hæredum promissoris; quia, cum vt in commodis, sic & in incommodis censetur una persona. De quo idem author p[ro]m[on]t[us] in p[re]ced. num. 5. Consequenter in nu. 6. addens, quod eodem fundamento nititur, mortuo illo cui facta est promissio, hæredes ipsius posse eam acceptare. Pro quo plures citat; & inter alios Molinam in memorata disput. 264. §. Iuxta haec tenus dicta.

81. Poffremo aduerte. quod alii citatis Sanchez ipse adhuc ibid. m[od]o habet. nu. 17. promissionem, si facta sit ob Dei honorem, ita ut animus promittentis non feratur in hominem, aut in locum cui promitit; valere promissione antequam acceptetur ab eo in cuius utilitate in facta est; vt si quis dicat. Promitto me Dei amore datum pauperi pueræ centum in dotem. Ratio autem patet, quia talis promissio censetur esse votum quod statim obligat tanquam factum Deo, qui semper & vbiique praefens est. Locum autem obligatio hæc habet (addit idem) etiam in dubio: seu cum quis dubitat, intenderit promittere homini, an Deo; qui in causa p[ro]p[ri]a, dum promissio fit in absentia illius, cuius contumedum concernunt, intentio communiter fertur in Deum; & ideo ut non peccetur ei contraveniendo, opus esset dispensatione Episcopi ad relaxationem illius, tanquam voti cuiusdam nuncupati Deo. Idem dicendum est de promissione facta homini, cum fuerit iurata, quia quantumvis acceptata non sit, obligatio ratione iuramenti, iuxta superius tradita in cap. 4. sect. 4.

De promissione declarata signo externo & acceptata.

SECTIO IV.

82. TERTIUM documentum est Promissionem simplicem factam homini & acceptatam ab illo cui facta est, obligare in conscientia. In hoc Doctores consentiant: cum certum sit transgressione in illius peccatum esse, ut pote repugnantem recte rationi: quia dicta non est fallendum, sed datum fidem seruandam esse. Consentient etiam peccatum esse tantummodo veniale, quando res promissa fuerit leuis; mortale vero, quando ea facit grauis, aut quando talis transgressio grauit et nec calci, aut graue scandalum, vel gravius perturbationem generat ob fidem violatam. Dispensant vero quod nonnulli ipsum existime non generare suo peccatum esse solummodo veniale, & alij esse mortale; ut ror quameminit Sanchez in p[re]ced. dispu. 5. dulio 3. iisq; assentunt, & merito, qui suo genere mortale esse censent. Nam tale peccatum est sufficiens ad imponendam excommunicacionem, iuxta illud in cap. 1. De pac[ti]s. Aut initia pactum suam obviate firmitatem; aut conuentus, si se non cohiberetur, Ecclesiasticae senari disciplinam. At excommunicatio impone potest tantum pro mortali, ex Cap. Nemo Episcoporum 11. quest. 3. Deinde quandocumque in foro externo quis iure co[m]pellebit aliquid adimplere, cestetur ad illud cuius in conscientia obligatus ex iustitia (nisi iudicium innitatur false presumptioni, aut tantum sit damnatio ad p[en]am) cum iudicis sententia eo tendat, ut vincuique ius suum redat; & constituat qualitatem, in qua consistit medium iustitia, cuius violatio est suo genere mortalis. At in foro externo, etiam Ecclesiastico, is cuius promissio acceptata est, illam implore compellitur, vt per cap. 1. De pac[ti]s, Doctores communiter statuunt, teste Couar. ad Cap. quan[us] p[ar]dum, par. 2. §. 4. numer. 14. Ergo talis promissio obligatio eiusmodi est; vt violare eam de lege, suo genere sit mortale.

Nec obstat, quod ex eodem Couar. ibidem, tunc solum actio iure Canonico detur contra promittentem, cum in promissione causa eius exprimitur. Nam id pro foro externo dicitur, in quo adiecio causa promissionis desideratur, ne ioco & absque animo promittendi, aut per errorem facta esse presumatur; aliqui si aliunde cōstaret de promittentis voluntate, is in eadem foro compelleretur seruare fidem. Cum autem in foro conscientia cestetur presumptioni; promissio obligat, etiam si causa illius non sit expressa; quod aliquot alii citatis habet Sanchez in eadem d[omi]ni p[ar]t[us] quinta, n. 22 in fine.

Accedit ad h[oc] quod peccatum violat promissionis non solum contra veritatem committatur, tanquam mendacium (prout sentire videtur Caet. in verbo Perfida) sed etiam contra fidem datam homini, tanquam peccatum infidelitatis, ex D. Thoma 2. 2. queſt. 110. art. 3. ad 5. At infidelitas graue peccatum est de se, ut pote oppositum fidei; que virtus est moralis, in qua fundatur iustitia omnis obligacionis contractus, & conventionis inter homines. Adde, idem peccatum adhuc esse contra charitatem, postulantem ut simus fideles in promissis seruandis: cum secus facere sit contra societas humanae tranquillitatem, & odij seminarium. Accedit præterea quod iniquitas sit de se peccatum mortale, iuxta illud prioris ad Corin. cap. 6. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Non seruare autem promissum, iniquitas sit: sicut seruare, aquitatis est, vt habeatur ex initio prima legis, ff. De pac[ti]s. Quare peccatum est mortale. Ad quod confundamus factum illud Prouer. 12. Abominatio est Domino, labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

Observationes de eadem, propraxi.

SECTIO V.

PRO PRAXI autem aduerte primo. Quantumcumque acceptata sit promissio, nisi facta sit cum plena deliberatione, inuidiam eam esse, vt communiter Doctores merito affirmare, habet Molina de iust. & iure tract. 2. d[omi]ni p[ar]t[us] 267. in initio; quia non est alioqui integræ actus humanus: cum de se obligat ad mortale, vt ante habitum est, exigit deliberationem ad mortale requiri: talem licet ad obligandum homini, illius intimatione, qualem ad obligandum se diabolo, illius transgressione, iuxta glossam 1. ad Cap. Mulier 32. queſt. 2. communiter receptam, teste Nauarri in Enchir. cap. 12. numer. 24. Et ita inuidiam censi promissiones, non modo eorum quia rationis visum non habent, vt infantum & amentium: sed etiam eorum qui habent quidem, sed illas non faciunt cum plena deliberatione: vt contingit ei qui ira aut alia perturbatione animi subite percitus, aliquid Deo aut homini promittit, si perturbatio tanta fuit, vt rationis iudicium obtenebratur; ac deliberatione ad peccatum mortale requiri: ita impeditur, vt si codem p[ar]t[us] motu hominem occidisset, homicidium mortale non commisisset. Quia de re plenius Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio, dispu. 8. difficultate 1. Sed sufficiet addere quod ille habet num. 7. ex Caet. 2. 2. queſt. 88. art. 1. circu[m] primam conditionem ad votum requiri: Ad plenam deliberationem requiri, vt quis de aliquo deliberat, conferat ipsum cum suo opposito, vt intellectus tali collatione viam muniat voluntati (offendendo scilicet ei in utroque boni rationem quam eligat) ad alterutrum libere admittendum, vel repudiandum. Quam quidem collationem idem ait imperceptibiliter fieri posse: vt si occurras homini irato volenti vouere, & dicens ei, quid facis, vel aliunde in mentem venias ei cogitatio vt de vouendo, sic & de non vouendo, nihilominus voueat. Pro quo videnda sunt dicta in p[re]cedenti lib. 15. cap. 4. sect. priore.

ADVERTE SECUNDО, nimis rigidum esse, quod Nauarri in Enchir. cap. 18. nu. 7. indicat, in simplici promissione materiam grauem, ex qua illius violatio sit mortalis, censendam esse rem eam, qui sufficiat ad furtum mortale. Nam obligatio soluendi promissa, multo minor est, quam restituendi furtu ablata; cum haec sint aliena, non item illa, quandoquidem per promissionem etiam acceptatam non transfatur dominium antequam interueniat traditio rei promissae, & donatio sit completa. Traditionibus enim & v[er]a cōceptibus dominia rerum, non nudis pac[ti]s transferuntur, prout haber lez. Traditionibus, Cod. De pac[ti]s. Quod Doctores significant, dicentes promissione acquiri ius; non quidem in re, sed ad rem: seu vt si cui facta est promissio, posse ageare ad intercessu aduersus eum qui illam sibi promisit, prout habet Molina de iust. & iure tract. 2. d[omi]ni p[ar]t[us] 273. Accedit quod homines ceteris partibus grauius conquerantur de farto si b[ea]tissimo, quam de non adimplenta sibi facta promissione.

Sicut igitur ex communi doctrina maior quantitas requiritur ad constituendum furtum mortale, cum committitor

citur ab vxore vel à filio; quam cum committitur ab extraneo: quia maritus vel pater, minus grauerit ferunt, minusque iniurii sunt, sua surripit ab vxore vel filio, quam ab extraneo: ita etiā quia consentaneum est, vt si cui ex mera liberalitate promisum est aliquid; minus egre ferat sibi non solui, quia si efficit ei furto sublatum (*iuxta illud in Cap. Ex parte, De censibus: libera iter oblati benigint exigenda sunt*) maior fane quantitas requiritur ad constituantem violationem promissionis mortalem, quam ad constituantem furtum mortale. Si quaras, quanto maior requiratur? Respondebat Thomas Sanchez in eod. lib. 1. disput. 5. namer. 24. requiri quadruplicem: cui contradicere, quod compellat, nihil occurrat. Ceterum quaequantitas sufficiat ad furtum mortale, exppositum est in praecedenti lib. 23. cap. 1. quæst. 3. in fine.

A D V E R T E T E R T I O; Quod ex D. Thoma 2.2. quæst. 110. art. 3. ad 5. habetur: vt quis teneatur adimplere promissionem obligantem, opus est vt non mutetur status personarum, rerum, & negotiorum: communiter quidem receptione efficitur, telle Molina in citr. tract. 2. disput. 27. Sed tamen habere tantummodo locum, ut idem notat, tum quando ex mutatione, adimplerio facta est impossibilis, vt si promisisti equum meum tibi dare certo die, & ante illum dicim moritur, tum quando eadem redditum est illicitum: vt si aliqui promisisti te daturum eiensem, & is interea in amentiam vel furiam incidit: tum demum quando talis mutatio contingit, que si occurrit, non efficit facta promissio, nisi cum illius exceptione. Sic ergo non teneris in completionem promissi de danda certa pecunia summa, si postea decenisti ad eam egestatem, quam si præseuiles, nunquam tale quid promisiles. Similiter non teneris stare promissio degenerando negotio alienum, si filius tuus in grave morbi domini incident, opera, præsenta que tua indigens, quia non intenderas obligare te in eo cument. Non teneris, in quam, quia liberalis, gratuita ne promissio non obligat plus, quam promittens intenderit se obligare. Etenim sicut in generali cōfessione non veniunt ea quae quis non efficit in speciali verosimiliter concessurus, ex regula 81. iuris in 6. ita nec in promissione veniunt cumenta, qui si in specie veniunt promittenti in mente dum promisit, illos exceperit. Cuius rei melior interpres esse nequit quam ipfmet promittens: ita ut dum dubitatur de aliquo cumento: an ipfmet teneat in considerare promissum, interrogandus sit: cone animo fuerit dum promitteret, vt si talis cumentus in mente cuitus venisset, illum omnino exceperit. Si enim respondeat acceptum fuisse, nec habitum intentionem se obligandi, iudicandus erit liber ab obligatione.

A D V E R T E Q U A R T O nonnulla (*qua in eadem disput. Molina notat*) circa iam dictam excusationem esse obseruanda. Primum est. Eum qui fuit in mora implendi promissum, damnis inde securis refaciendis, ex superueniente impedimento exclusari quidem pro tempore, quo id ipsum durat; non tamen pro eo in quo ipsum iam cessaferit. Ratio est, quia tunc est debitor, non tantum ex promissione; sed etiam ex delicto, quo fuerit in mora. Exemplum est; si promisisti date centum hoc mense, & cum posset, omisisti sine iusta causa solvere; interea autem redactus es casu ad egestatem grauem, ea quamdiu durat (*tanquam obligatione per eamdem satis*) exculcat te; non autem postquam cessarit: quoniam ex iusta illa detentione precedente egestatem, manus obligatus post eandem, perinde ac maneres ex alia iniuria danni illatione.

Secondum est. Qod dicitur de accusatione implendi promissione ob mutatum statum rerum, locum habere, quantumcumque illa sit iuramento confirmata, ex Cap. Quemadmodum, De iure iurando. Et quia nihil aliud iuramento promittitur, quam quod promissio continet in se, sit ut si cuius adimpleti iustum excusationem habeat, iuramentum etiam quo confirmata est, habeat.

Tertium est. Qod diximus, promissione non obligare ob mutationem status rerum, quae si in mentem venisset, illa non fuisset facta; minime comprehendere factam ab eo qui non penetravit omnino, quae in re promissa continebantur; ex quibus si aliqua perfecta habuisset, experitius fuisset, omnino abstinuisse a tali promissione. Nam hoc ipso, quod quis aliquid promittit, illud promittit se-

cundum omnia contenta in eo: quod si non cognoscet omnia, imputare sibi debet, quod promiserit re, cuius annexa non satis expanderit. Et ita ex cōmuni sententia, non est liber ab ingressu religionis qui illam voutuō penetrans diffūcileates quæ habet annexas. Quanquam leuitas illa in voutendo, mouere potest Superiorē ad facilius dispensandū cum illo, quando adfuerint aliae dispensandi causa: vt quod non habeat mores seu naturam statui quem vout satis aptam, nec vires competentes ad ferendos religionis labores.

His Molina in fine eiusd. disput. contra Nauarrum addit, si duo sibi ruituo aliquia alias indebita, nec in aliquam compensationem, promittant, licitum esse vni promisitentium ex eo non implere promissum, quod alter a se factū implere nolit: quia eius in gratitudine id meretur: quæ ex §. 2. in fine; Institutis, De donationibus; & ex lege ultima, Cod. De reuocandis donationibus, potest sufficere ad reuocandā donationem completam; & multo magis promissione etiam acceptam, cui illa superaddit traditionem rei promissa. Videri potest idem Molina in sequenti disput. 28. in qua referit & explicat causas de quibus ob ingratiitudinem donatarij, donatio reuocari potest: quarum mentio habetur in Cap. finali De donationibus, his verbis. Si forte in ipsum impias manus iniecerit (de donatario sermo est respectu donantis) aut sibi atrocies iniurias, seu graue rerum suarum damnum, vel vita periculum inferre presumperit.

A D V E R T E postrema excusationem per ignorantiam in hac re locum habere namque fieri potest vt ex obliuione inuincibili, absque peccato non feretur promissum. Habere item ex fiducia quam quis habet de eo cui promisit, quod non displicat illi promissum differri, aut etiam nullum præstari: Immo ex quacumque alia causa, quæ prudenter arbitrio cœatur rationabilis, & ob quā promissarius merito consentire debeat in talem dilationem, nisi scandala aliud notabile nocumentum, aliud eiusmodi accidens obstarerit. Ita docet Caier, in verbo Perfidia, sub finem,

De promissione facta.

S E C T I O VI.

Q UARTVM DOCUMENTVM EST. Cum promis. si fieri possit aut sine animo promittendi, aut cum animo promittendi quidem, sed non obligandi se, aut deum cu[m] animo promittendi & obligandi se: sed sine animo implendi promissum: certum est hoc tertio modo factum promissione obligare; quoniam peruersa intentio non implendi promissum, non eximis ab obligatione quæ naturaliter configuratur ex promissione facta animo se obligandi. Primo vero modo factam promissione, cum non sit vera, sed tantum ficta, non obligare ad promissum implendum: siquidem promissio fuerit nuda omnino, ac sine intuitu causæ futuræ: Quod addo, quia si fuerit cūtali intuitu vt promitto tibi cœcum, si hoc facias; etiam si ficta sit promissio, ea obligat posita in actu tali causa: quia licet qua parte ficta est, non obligat eum qui bona fide contrahit: cum tamen qui mala fide contrahit, obligat ad relaciendum omne damnum quod alter passus fuerit ratione dolis, quo erga illum vitius contra iustitiam, in omni conuentione & contractu mutua obligationis retinendam. Et ita (*quod fuit tractat Thomas Sanchez in lib. 1. de matrimonio disputat. 10. & 11.* ille qui puella promittit se accepturum) illam in vxorem, si sue voluntatis consentient, obligatur seruare promissum ratione contractus faciat, vt facias: non obstante quod dolose promittat.

A N A V T E M obligari promissio 2. modo facta; versatur in dubio, *quod idem author in preced. disput. non atrahit.* Pro explicatione autem notandum est dupliciter contingere posse, vt promittens non habeat animū obligandi se; uno modo positivæ, seu habendo actum positivum quo nolit obligari; altero negatiue, vt cum nec voluntate m̄ se obligandi, nec contraria habet. Quod rursum potest contingere dupliciter: uno modo habendo implicite voluntatem se obligandi; vt contingit cum quis sciens promissione naturam effice, vt obligatio ex ea configuratur, non habuit voluntatem contraria; altero modo, ne quidem implicite habet taliter voluntatem; vt accidit cum promittens ignorat taliter esse promissione naturam; vt inducit obligationem seruandi

seruandi promissum. Quæ cum ita sint, ad propositionem dubium farcit his propositionibus.

Prima est. Cum promittens habeat se negatiue isto posteriore modo, non obligatur ad impletionem promissi. Ratio est, quia obligatio promissionis consurgit ex lege priuata, quam promittens sibi imponit; nullaque lex obligat, nisi legislator obligare intendat nec quisquam se obligat, nisi voluntatem habeat se obligandi, ex lege 3. §. primo, ff. De actionib. & obligationib. At ea de quo loquuntur modo promittens, ne quidem tacitam habet voluntatem obligandi se, promittendo cum voluntas nullomodo seratur in omnino incognitum. Attamen si ignorans promissionis naturam, intentionem habeat faciendi illam, eadem ratione quia ceteri soleant, censetur tacitam habere sufficienter ad obligationem: sicut si qui baptizat ea intentione, qua ceteri solent, in Ecclesia, sufficientem habet ad validitatem sacramenti, si cetera ad sint.

Secunda propositione est. Cum promittens habeat se negatiue priore modo, hoc est, nouit quidem promissionis naturam & vim inducendi obligationem: sed promittendo, nec exprimit voluntatem obligandi se, nec illam excludit per contraria voluntatem vere se obligat. Huius ratio in promptu est, quia obligatio est naturalis effectus promissionis. Ergo illa, nisi excludatur per contrariam voluntatem, ex hac sequitur: sicut causa factio exige.

91. Tertia propositione est. Si promittens, expresse habeat voluntatem non obligandi se, probabile est quod non obligatur. Ita sentiunt in verbo Paulum, Angelus, & Syluester quæst. 4. Tabiena & Armilla quæst. 2. atque alii, quorū Sanchez loco cit. n. 5, in fine meminit. Probat vero, quia nemo se obligat nisi sua voluntate, ut satis patet ex predictis. Quia igitur talis non habet animū obligandi se, profecto non obligabitur. Sed obiciet aliquis, voluntati promittendi suapte natura consequenti esse, in eaq; implicitam cotineri voluntatem obligandi se ad seruandum promissum: sicut in voluntate ambulandi in campo in media distante, in pliante continetur voluntas astutandi. Cui occurrendum est, inde tantum concludi, quod ex vi promissionis, promittens obligatur, etiam si non habuerit expresse animū obligandi se: non autē quod per voluntatem contrariam non potuerit impedire obligationē. Id enim potuit, sicut Princeps potest per voluntatem non obligāti subditos, impetrare sua legis obligationē. Quod si virgat, legē latam cum voluntate non obligandi, materialiter tantū & improprie esse legē. Occurrendum est similiter, promissionem factam cum voluntate non obligandi se, tantū esse materialiter, & improprie promissionem. Superlunt de promissione aliquot dubia, quorum explicatio vtilis est pro praxi.

Explicatio aliquot dubiorum de promissione.

S E C T I O VII.

92. PRIMVM est. Ad quid teneatur qui etiā sub iuramento aliquid pro alio promisit ipso inicio? De hoc citatis Sanchez lib. 1. de matrimonio, disput. 2. 4. agens, statuit talem teneri bona fide, ac sine fictione omnem adhibere diligentiam, quam promissi qualitas exposcit, ut ipsum impletatur. Ratio est, quia ipsius spōndēti mens, sensusque fuit se curaturum, & effectum quantum posset, ut alter promissum implete. Nam alia ratione tale iuramentum illicitum esset tanquam promissionum rei dubiæ, nec positæ in propria protestate. Illius igitur violatio tunc peccabit, qui illud præstitit, si negligens sit in procuranda promissi adimplectione: aut fraudulenter agat; ut si ipso pœdi modo offendat voluntatem parum propensionem ad sequendum. Sic enim is qui voulit religiōem, non satisfacit, ingredium petendo verbis: si ita frigide id faciat, ut indicet optare se non admitti.

Addit idem author cum Molina de iust. & iure, tract. 2. disput. 268. §. Quod si u. promissorē facti alieni, qui negligens fuit in curanda promissi adimplectione, debere per seipsum præstare, quod alius deberat: tanquam sponsor scilicet, per quem stetit ne quod loponit ad effectum perduceretur. Immo & refarcire damna inde orta, tanquam ex causa culpabiliter data, iuxta communem doctrinam de restituitione, quā tradidimus in libro decimo cap. 8. Quibus incompmodis

non censetur obnoxius is, qui diligentia, quā potuit, adhibuit in curando ut obtineret ab illo alio, quod bona fide promisit se obtenerū, nec potuit obtinere. Ex quo fundāto idem Sanchez in sequenti disput. 25. n. 3. cum pluribus interroget, statuit talem, nec teneri tunc ad pœnam subeundam, quam sua promissioni adiecerit. Addens n. 6. cum pluribus item, quos & referit, si tali constet quod voluerit se ad pœnam vel interest adstringi in omnem euentum, non dari excusationem ab eiusmodi obligatione, eo nomine quod fecerit illud quod in se ferat, ut si promisit se seruaturum indemnem promissarium, vel de propriis bonis omne interest ei solutum. Namque tunc non promittitur factum alienum, sed proprium, in euentu quo alter non faciat illud quod de eo promitterit. Itaque promissarium indemnem redere neebit; non in solutionem pœnas, sed in compensationem defectus facti alieni promissi.

Secundum dubium est. Ad quid teneri si qui incertus est de sua promissione.

93.A Dhoc respondetur, incertitudinem eam posse esse de promissione. 1. an eam fecerit. 2. si fecerit an animo se obligandi fecerit. 3. si hoc modo fecerit quidē, sed an cū plena deliberatione. Atque quod incertum primo modo, si adhibita sufficienti diligentia in inquirendo, nihil certitudinis acquirere potuit, ad nihil tenetur; quia in dubio melior est conditio possidentis bona fide. In talibus autem, voluntas possidet suam libertatem bona fide, ob adhibitam sufficientem diligentiam in inquirendo vinculo, quo adstricta esse existimari valeat. Quod si quis inquirendo, inuenierit adeo probabile esse, quod promiserit, ut oppositum vix habeat aliquid probabilitatis; consentaneum est, ut existimat se teneri: si inuenierit vitramq; partem probabilem, liberabit ei quam voleret eligere. Pro quibus faciunt quæ Sanchez lib. 2. de matrimonio, disput. 4. perlegitur fuse.

Quod incertū autem secundo modo, an teneatur seruire promissum, idem Sanchez lib. 2. disput. non a. 12. disputat rationibus allatis in vitram que partem: cum quo tendenda videatur pars affirmans; praesertim cum antea admisimus quod obligatio naturaliter sequatur promissionem, nisi ei expresse apponatur contraria voluntas non obligandi se. Quare dum constat de promissione, si de obligatione illius dubitetur, consentaneum est hanc illi tribuere, tanquam naturalē effectum, cuius nullum assignatur impedimentum. Hinc enim est, quod statim ac quis affirmat se promisisse, pōqueratur an se obligare voluerit, quoniam quæ natura consecutione insunt, presumuntur semper inesse, nisi constet aliquod efficax impedimentum interueniente.

94.Quo ad incertum denique 3. modo; ille qui etiā sciat promissionem suam factam esse animo obligandi se, dubitat tamen an fuerit facta cum plena deliberatione, eo quod promiserit ira aut alia perturbatione grauior commotus: tenendum videtur (quod alius citatus habet idem Sanchez in predicto disput. 8. n. 10.) In tali dubio promissionem obligare: cum, ex hypothesi, constet eam esse emissam: non constet autem de defēctu deliberationis, ob quem censeri debeat validitas illius impedita: quinimum sit de se probabilitus, extenuatib; liberos fieri cum plena deliberatione, quam cum illius defectu: ut ex eo patet, quod vix soleat a peccato excusari ille qui ex vehementi iracundiā alterum peruerserit. Nec enim tali motu facta, sicut facili præsumi possunt gesta esse absque maturo consilio: possunt similiter præsumi gesta esse absque plena deliberatione: quia, vt bene notat Caet. 2. 2. quæst. 88. art. 1. circa medium; licet deliberatio requirat actualem mentis collationem, quia voluntati offerantur opposita: nempe agere, & abstineri ab agendo; etiam tamē perceptibiliter fieri, non est necessarium ut censiri possit quis ex deliberatione egisse, etiam si non satis sciat, an vīus sit actuali collatione. Sic, vi idem addit, qui imperiū irā commotus ad occidendum vel blasphemandum, occidit vel blasphemat, ex deliberatione egisse censeri potest, eo nomine; quod etiā passione impellente ad vindictam ut consonam; instinetus aliquis in oppositum occurritanquam reuocatio à proposito malo; nihilominus prævalente passione agatur: actus ex deliberatione esse peccatumque censetur.

Tertium

95. **Tertium dubium est.** A quid obli et promissio facta duobus cu promissor non potest utique prestare promissum.

Ad hoc respondendum est distinctione, quam habet s. l. in verbo *sponsalia*, quæst. 7. nimis; quod si promissio utique sit nuda ac simplex, prior valet, non posterior: quia iure naturæ in obligationibus secundum omnia paribus si una est prior, altera posterior non valet posterior cum detimento prioris: quandoquidem ex reg. 54. iuris in 6. prior tempore posterior sit iure. Sin autem promissio prior sit nuda, & posterior aliquid annexum habeat, quod cum cui sit, afficiet damno nisi implatur, posterior valet, non autem prior. Exempli gratia: pauperi centum prouisi in elemosynam, & idem postea alteri promissi in compensationem damni quod illi intulit: neque possum utique satisfacere; debeo dare posteriori centum, cum tantumdem ei debeam ex iustitia, & alteri solummodo ex simplici promissione, quæ non obligat, nisi omnia manente immutata. Atq; hinc est, *prout habetur ex C. p. Sintex. De sponsibus*, q. si quis duabus promissat matrimonium vni post aliis, si oblietur priori, non ite posterior: quia utriq; fecit nudam promissionem. Sed si prior nuda promisit, & posterior adiuncta copulacione obligatur illi, sed huic, quæ contra iustitiam accretetur damno, si matrimonium cum ea non contraheretur. Quod si prior promissio sit nuda, & posterior sit iurata silla valet, non haec: quia iuramentum eam firmans nullum est, vt pote contra bonos mores adhibitus in re illicita: cum prior promissio obliget iure naturæ, & ideo posterior, etiam iurata, impliri neque atque peccato, quod committatur tali, iuris violatione.

Adhuc, si una promissio facta est Deo, & altera homini, quæ simul impleti nequeat: vt cum quis fecit votum simplex castitatis, aut ingrediendæ religionis, aut suscipiendo rum facrorum ordinum; & præterea promisit puellæ se ducendum eam in uxorem: dicendi videtur primo si promissio facta puellæ simplex sit, votum valere, siue præcessere, siue secundum sit eiusmodi promissionem quæ licet votum sit quoque simplex promissio, præualere tamen debet tanquam facta Deo; quæcunque ratione habens melioris boni, cui alia promissio prædicta impedimentum adferre non debet, ne censetur esse contra bonos mores. Si promissio nua facta est puellæ, adiunctum sit aliquid eidem puellæ ex iustitia debitum, tunc siue votum præcedat, siue sequatur, promissionem ipsam obligare, neque eam tolli per votum: quod tunc est, quod nequit impletari absque illicita proximi laesione contra iustitiam. Attamen eiudem voti dispensatio peti debet, eo quod ex se vim obligandi habeat, licet sicutam peti interuenientem obligationem debiti ex iustitia, cui cum illius obseruatione satisficeri nequit. Sed de voto iam dictum est ex instituto in preceedentib. lib. 13. tractatu tertio.

Quartum dubium. An promissio aliquando patiat obligationem ad restitu-
tionem.

96. **H**inc satisficeri potest sequentibus propositionibus. Prima est, non nasci obligationem ex nuda promissione. Probatur, quia obligatio ad restitucionem oritur tantum ex lectione iustitiae communitatiæ, quæ non contingit violatio promissionis nudæ. Nam non solitus promissum, non auferet, nec decinet bonum alterius, sed negat bonum suum promissum alteri, qui ad illud non acquiuit aliud ius, quam ut possit in conscientia illud petere, & conqueri de violata fidei data. Ratio est, quia nuda promissione non transferit dominium, iuxta illud in legi Traditionibus, Cod. De pactis. Traditionibus & vsuacionibus dominia rerum, non nudis paciis transformentur. Locum habet autem hec propositione, si promissarius expetas fecerit, attiæ alienum contraxerit, nixus non quidem conventione aliqua, vt tale quid faceret, dum promissum expectaret solum nuda promissione ex liberalitate. Ratio est quod debeat imprudentia sue imputare, tale incommodeum, cuius ipse author sibi fuit;

dum exspectatum ab alio ex debito honestatis vel misericordie, existimat tale, quale si debitum esset ex iustitia.

Secunda propositio est. Obligatione esse ad restitu-
tionem, seu ad perfolutionem promissi tanquam debiti ex iustitiae promissio acceptata adiunctum habet onus, quod impletum est ob conventionem qua promissor & promissarius conseruerunt in eiusmodi adiunctionem. Exemplum est, si prothiserim me daturum tibi centum aureos, dummodo Romanum eas: & acceptata promissione Romanum iusti animo satisfaciendi iusta conventioni. Ratio vero propositionis est, quod is qui non stat tali conventioni, inferat iniuriam proximo, grauando illum contra æquitatem; cui iniuria lege iustitia satisfaciendum est: quod fit per restitu-
tionem, tanquam iustitia actum, ad id de se institutum.

Tertia propositio, quæ precedentem declarat, est. Promissio-
nem acceptatam cum adiunctione oneris, non induceret proxime
obligationem prædictam, quodcum onus ipsum adi-
ctum, nondum fuerit mandatum executioni: aut si mandatum
sit quidem, non tamen propter conventionem factam:
vt, non tenor dare tibi centum quæ promisi, dummodo
Romanum, si nondum eo iusti: aut iusti quidem, sed ob
aliam causam quam ob conventionem inter nos factam.
Ratio vero est, quia vel conuenientium animus non fuit, sic
obligare se: vt quantumcumque nihil ab uno adhuc esset
præstitum, alter nihilominus teneretur implere quod est
suarum partium: vel certe, quia iniuria infertur ei qui est in
pari causa: vt accidit in dicto casu, in quo, quia unus nihil
amplius quam alter præstat ad impletionem conventionis,
neuter potest contra alterum de iustitia violata conqueri,
si non sit eidem conventioni: sed solum de violata fide
data.

Quarta propositio, quæ adhuc antecedens 2. declaratur, esse
potest, vt quantumvis promissio fuerit cum adiunctione oneri-
ris turpis, ea nihilominus, si hoc sit executioni mandatum,
impleri debeat, quando potest absque peccato. Ratio est,
quod in tali causa contingere possit laesio æquitatis; cum una
pars faciat se fieri coniunctio, non altera, quæ posset sine
peccato satisfacere: vt, solvere stipedium militibus promis-
sum, quibus vñus est quis in bello iniusto: non quidem sol-
uendo ut peccatum in iustitia quod commiserunt: sed ob
laboris quem suscepserunt gratia ipsius, & obsequium quod
ei exhibuerunt in spectatum, exclusis circumstantiis vicio-
bus. Quia ratione, solvere promissum, quod cum adiunctione
oneris turpis factum fuit, non est peccatum: quia id non sit
intuitu turpitudinis quæ iam desit; sed solum intuitu æqui-
tatis. Nisi quod interdum ipsa solutio de se, seu ex obiectione
suo est turpis, vt solutio pretij promissi pro resignatione
beneficii: quod pretium cum sit simoniacum, dari non po-
test sine simone peccato.

Quod autem paci turpia non obligare, habetur ex Cap.
Vñusquisque 22. quæst. 4. & ex Cap. Pactiones, Depactis:
quod que ex regula 59. iuris in 6. item habetur, in malis promissis fidem non expedire seruari: & denum ex lege Generaliter, ff. De verborum obligationibus, turpessitulationes nullius momenti esse: intelligendum est de paci turpibus,
prout inducent ad perpetrandam turpitudinem: quia cum
sint humana, nequeunt vim habere aduersus diuinum ius,
prohibens ipsam turpitudinem: sed si ita exuantur turpitu-
dine ipsa: vt illorum impletioni nulla ex obster: vim habere
negantur non debet.

Atque hæc hæc tenus de promissione: de quibus ob-
ligationem monendum est, quatenus requiruntur ad illius validitatem & obligationem, requiri pariter ad validitatem & obli-
gationem, tum paci, tum donationis à quibus includitur,
paramque differit: cum paci idem sit quod promissio ac-
ceptata, vt annotat Lud. Molina de iust. & iure tr. 2. dispu-
t. 2. §. Pactum separatio: id confirmans ex definitione paci:
qua dicitur duorum vel plurium in idem placitum & con-
sensus, lege 1. ff. De paci: aut duorum consensus &
conuentio, lege 3. ff. De pollicitationibus. Quam utramque de-
finitionem manifestum est quadratum in promissione ac-
ceptata, cum hæc sit promissoris & promissarij consensus
in idem. Donatio vero incompleta & latum verbali, eadem
est adhuc cum ipsa promissione acceptata. Vnde perinde atq;
hæc obligatoria non est, nisi ex liberalitate: neque transfert

dominium

dominum, donec compleatur traditione rei; sicutque transerat in contractum: prout idem Molina tradit in sequenti disput. 273.

C A P V T VII.

De effectibus ciuilis contractus validi, ac primo de obligatione.

S V M M A R I V M.

- 100 Generalis definitio obligationis; ac prima illius diuisio in eam quae est ex honestate, & eam que ex necessitate: & huic in eam que ex iustitia, & eam que ex charitate; vel alia virtute.
 101 Diuisio obligationis ex iustitia in naturalem, ciuilem, & mixtam.
 102 Explicatio dubitationis. An in contractu cestet obligatio naturalis, cum si irritatur iure ciuilis.
 103 Princeps sua lege facere potest illicitem in conscientia translationem dominij.
 104 Lex humana qua affl. ir personas ad contrahendum inhabiles, obligat in conscientia.
 105 Quae vera prescribit tantum solemnitatem seruandum in contractu, non ita obligat, vt quod acceptum fuerit per eum, refutari debeat ante iudicis sententiam.
 106 Quid debet post iudicis condemnationem.
 107 Nisi procedatur mala fide: quod quando contingat.
 108 Quid sit actio.
 109 Diuisio illius in realem & personalem.
 110 Alia in eam que est bona fide. & eam que sibi est iuris.
 111 Cui à iure derivatur actio realis. & cui personalis.
 112 Dicimen inter utramque eam actionem, in ordine ad proximam.
 113 Quid sit euictio, & quando contingat.
 114 Quaregula de euictione, prout debetur ex contractu lucrativo, seu donatione.
 115 De euictione, prout debetur ex contractu ventitione.
 116 De euictione, que debetur ex aliis contractibus oneratis.

100.

EFECTVS ex contractu ciuili prouenientes tanquam ex causa, sunt maxime, obligatio, actio, & euictio. Obligatio autem sumpta vniuersitate, est vinculum quo adstringimur ad aliquid dandum vel faciendum, vel non dandum aut non faciendum. Diuiditurque in eam quae fundatur in honestate, & eam quae in necessitate; quarum prior non est ad culpam, quia inducit tantummodo mortale debitum cuiusdam honestae observationis: laudabilis quidem, non tamen necessaria ex vi aliquius praecepsi; sed ex vi honestatis, qua quilibet gratius esse debet suo benefactori, & omnibus, prout expedierit, benefacere. Posterior vero obligatio est ad culpam; quia oritur ex aliqua legi seu pracepto, sive iusticia, sive charitas, sive alterius virtutis, vt religiosi, fidelitatis, &c. Ceterum ea qua est effectus contractus (& hic occurrit à nobis consideranda) de illis est, quae ex lege iustitia oriuntur, & requirunt animum seu intentionem se obligandi, iuxta legem Obligationum, ff. De obligacionibus & actionibus.

Quod autem contractus non sit adæquata illius causa; patet ex eo, quod iuxta legem primam, eodem titulo, ipsa adhuc nasci possit ex qua contractu; vt cōtingit in casibus qui traduntur Institutis, tit. De obligationibus quae qua ex contractu nascuntur. Quorum primus est, cum quis negotia alterius gestis sine ipsius mandato; de quo titulus, ff. De negotiis geltis. Secundus est, cum quis ex tutela pupillorum, aut curatela minorum obligatur. Tertius, cum aliqui habent rem communem, non ex societate, sed ex eo, quod pariter sit illis legata, seu donata. Quartus, cum heredi imposita est solutio aliquorum legatorum. Quintus, cum per errorem, solutum est indebitum.

Nasci adhuc potest eadē obligatio, tum ex officio quod geritur. Eo ipso enim quod quis suscipit aliquod officium administrandum, quasi contrahit cum eo qui ipsum in tali officio constituit. Tum etiam ex delicto seu maleficio contra iustitiam admisso; vt ex adulterio, homicidio, aliae iniuria contra iustitiam alteri illata. Tum denum ex qua si de-

licto; quando quis contra iustitiam lædit ut: non quidem ex malitia & dolo, ex imprudentia tamen vel imperitia. Scilicet per imperitiam male iudicando, obligationem incurrit resarcendi detrimentum inde secutum. Similiter obligatus est ex cuius domo aliquid effusum fuerit, vel electum quod transiuntibus intulerit damnum; aut si ipsius animalia, aut serui nocuerint alicui contra iustitiam.

Porrō eadem obligatio ex iustitia triplex distinguitur, vt quedam sit naturalis tantum, quedam ciuilis tantum, & quedam mixta. Naturalis tantum est, quae ex iure naturali aut gentium nascitur sine ciuili: seu quae obligat in foro conscientia, non obstante quod ius ciuile non concedat ex ea agere. Fit enim aliquando, vt legislator ob aliquam circumstantiam non approbet conuentiōnem, ex qua obligatio ipsa naturalis nascitur: ut si credam pupillo pecuniam; vel aliquid ei veridam finetutoris autoritate: aut si frater fratris pecuniam credat: quorū viterque adhuc sit sub patris potestate; aut si pater contrahebat cum filio: aut si filius aliquid surripiat patris, vel vxoris mariti. Ex quibus siue contractibus, siue delictis ius ciuile non dat actionem in foro externo; quia pupillus & tutor, reliqua item persona memorata, habent pro vna, in ordine ad patrimonium, quod habent in diuinius.

Obligatio vero tantum ciuilis, est quae vim habet ex iure humano, nihilque de ea ius naturæ statuit. Exemplum est, si Titio dem syrapham, per quam spe remuneratio futura, profitear me debere ei centum; obligor enim auctoritate iuris ciuilis per legem in contractib. Cod. De non numerata pecunia: adeo ut Iudices quantuncunque nihil acceperim, videntes meam syrapham, sint condemnatur mei debitorem centum. Titio cui de iure naturali, atque adeo in conscientia, nihil debeo: quandoquidem à parte rei presumptio non responderet veritati. Additur aliud exemplum ex lege vlt. Cod. De iure deliberandi; per quam haeres, si adierit hæreditatem non confessio inuentario, obligetur in solidum creditoribus & legatariis defuncti, etiam ultra vires hæreditatis: quod non habere locum in conscientia communior sententia est. Quae tamen habet difficultatem, vt videre est apud Ludouicum Molinam de iust. & iure tract. 2. disput. 217. §. Quod attinet ad 1. Et certe cum ea non debeat souere peccatum: quando per fraudem aut negligientiam notabiliter omisimus fuerit inuentarium, videtur ab eadem discedendum esse.

Obligatio denique mixta ex naturali & ciuilis, est quae oritur ex iure ciuili fundato in vera aliqua ratione & equitate naturali: vt obligatio consurgens ex emptione, vel mutuo, vel alii similibus actibus rationi conscientiae, & à iure positivo approbat. In qua obligatio adiuvante contingere posse, vt ciuilis obligatio tollatur manente naturali; & contra manente ciuili, tollatur naturalis. Nam si debitor per sententiam Iudicis absoluatur, quia creditor non probavit mutuum, tollitur obligatio ciuili manente naturali. Si vero creditor pacificatus cum debitore se nunquam repetitur ab eo debitum; nec tale pactum potest in iudicio probari, debitor liberatus est quidem ab obligatione naturali, non tamen à ciuili.

Ceterum ciuilis obligatio interdum assistit naturali: vt sit cum ei admixta, parit actionem in foro externo; interdum vero ei resistit; vt contingit cum contractus iure naturali validus, irritatur iure ciuili: ex qua irritatione cestetur in contractu, naturalis ipsa obligatio, explicandum est consequenter.

Explicatio dubitationis. An in contractu cestet obligatio iure naturali, quando si irritatur iure ciuili.

S E C T I O I.

Especiat hæc explicatio, vt intelligatur utrum in foro externo, ita in interno, & quodam deum, nulla sit translatio dominij facta per contractum, validum quidem, si species ius naturæ non tamen si species ius humanum ob defectum conditionum quas ipsum requirit ad contractus validitatē. In exemplū datur translatio ea dominij quae fit per testamentum, cui interfuerunt tantum duo vel tres testes, qui

101.

102.